

Johann Affelmann Isaacus Metstorpius

**Lutheranorum Clypeus hoc est Assertio Solida Divinae Ac Infnitae Maiestatis
Christo iuxta Carnem Datae Antagonistis Nostris Calvinianis Inprimis Opposita,
ex Aphorismo nobili Matth 28.18. ...**

Rostochii: Pedanus, 1622

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737678208>

Druck Freier  Zugang



Verf. : J. Meiborffius

F. Affelmann.

R.U. theol. 1622.

Lutheranorum Clypeus

hoc est
ASSERTIO SOLIDA

**DIVINÆ AC
INFINITÆ MAJE-
STATIS CHRISTO IUXTA
CARNEM DATÆ ANTAGONI-
STIS NOSTRIS CALVINIANIS IN-
PRIMIS OPPOSITA,**

xx
Aphorismo nobili Matth. 28. 18.

Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία τῆ ἔρανῶ καὶ πᾶσι γῆς.

QUAM

Auspicio Christi Regis Regum ac Domini Dominantium

in

Academia Rostochiensis celeberrima

SUB PRÆSIDIO

Viri admodum Reverendi ac Clarissimi

DN. JOHANNIS AFFELMANNI

S. S. Theologiae D. & P. P. Praeceptoris ac promotoris
sui æternum honorandi

Publico θεολογῶν ἐξαμίνι subicit

M. ISAACUS METSTORPHIUS,
RESPONDENS

In Auditorio Magno lunj.

ROSTOCHII

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog. Anno 1622.





אשכנז

Theſis Prima.

David Servus Jehova, ut hinc inde
in ſcripturis appellatur, audiens à Goliatho
duellatore illo Philiſtaeo, opprobrio Iſraelita-
rum aciei illato, ipſum Jehovam probro affici,
egerrimè hoc ferebat & non prius quieſcere
poterat juſto zelo accenſus, quàm hanc illatam ignominiam
vindicaret, 1. Sam. 17.

2. Nos etiam omnes titulo ſervorum Chriſti, qui eſt
Deus ſuper omnia benedictus in ſecula Rom. 9, 5. gaudemus &
quidem jure triplici. Sicuti enim in V. T. erant ſervi 1. nati
ut trecenti illi verne Abrahami Gen. 14. 14- 2. empti, ut Jo-
ſephus Gen. 39, 1, 4, 17. 3. ſpontanei, qui ſervitute exire
nolebant Deut. 15, 17. Ita etiam nos in N. T. Deo inſervien-
do aſtriſti ſumus jure triplici. 1. jure creationis. Ille enim velut
argillam fecit nos, cute & carne induit nos, offibus & nervis
texit nos Job. 10, 9. ſeq. 2. jure redemptionis Nam empti ſu-
mus pretio 1. Cor. 6, 20. videlicet non argento & auro ſed pretio
ſanguinis Chriſti agni immaculati 1. Pet. 1, 18. 19. 3. jure ſpon-
tanea oblationis. Poſtquam enim baptiſati ſumus ſtitimus nos
Deo ut ex mortuis vivos & membra noſtra arma juſtitia Rom.
6, 5. & 13.

3. Sicut autem David ſervitij ſui Jehova præſtandi me-
mor, probrum, quo Dominus ſuus afficiebatur vindicare to-
tis viribus annitebatur ejusdem auxilio confidens: Ita nos

A 2

ejus.

ejusdem haud obliti noctesq; diesq; omnibus nervis eò laboremus
Domini nostri Jesu infinita potentia freti quo sedam illi illa-
tam injuriam profigemus.

4. Et si verò ejus obrectatores plane eradicare non pos-
sumus nec debemus prohibente Christo Matth. 13, 29. eò tamen
nobis incumbendum est, ne servi ingratiſſimi salutemur & ta-
cendo ac non obſtando alienis peccatis communicemus 1. Ti-
moth. 5, 23.

5. Hoc trutinantes noſtrates Theologi cum in templis
tum in ſcholis Regijs ad docendum conſtituti tam ore quam
calamo per multorum annorum decurſus proteſtati ſunt: Sum-
mam à Calvinianis Jeſuitis & alijs noſtro Salvatori ac Domi-
no Jeſu inferri injuriam ſi ipſi divinam & infinitam Majeſta-
tem juxta carnem denegent. Et idipſum multis ac fortiſſimis
argumentis ex verbo Dei deſumptis demonſtrarunt.

6. Horum veſtigia nos preſſuri Majeſtatem Chriſti Do-
mini noſtri quò homo eſt, propugnabimus non quidem pro rei
dignitate, id quod promittere non habemus, ſed cum pro inge-
nij noſtri tenuitate cujus optimè conſcij ſumus tum pro dicti
hujus Claffici Manuductione. Quia vero Navianzeno, ſcri-
pturà S. col. 3, 17. pravià, dicente, Τάχις ἀείρη παντός ἀρχο-
μένος καὶ λόγος καὶ πρᾶξις. Ἐν θεῷ ἀρχαίου καὶ εἰς θεὸν
ἀναπίπτεται, hoc ſuſpirium ad fratrem noſtrum pramittimus:

Chriſte homo, Rex Regum, cœleſti οὐθέρε patri.
Annue; quæ aſſeritur gloria ſola tua eſt.

7. Hoc voto pramiſſo aureum noſtrum Aphoriſmum
aggredimur, qui in græco textu ita habet: ἐδόθη μοι πᾶσις
ἐξ οὐρανοῦ ἐν ἔργῳ καὶ ἰσχύϊ. Hac verba in inſcriptione Lu-
theranorum Clypei titulo inſignivimus, non tam quod Zan-
chius tom. 8. Miſcel. fol. 178. col. 2. ea ita vocet, quàm ut o-
ſtendamus nos nequaquam inſicias ire ex his verbis argumen-
tum.

tum nos petere non postremum quo Majestatem Christi hominis probamus, certissime persuasi illud esse clypeum adeo robustum ut non tantum homines sed etiam ne ipsa inferorum porta contra eum quicquam valeant, quippe qui ex Dei verbo caelo terraque solidiore confectus est Luc. 21, 33.

8. Quod ut pateat tria considerabimus 1. Aphorismi $\pi\epsilon\acute{o}\phi\alpha\sigma\iota\nu$. 2. $\sigma\omega\mu\acute{\alpha}\tau\iota\nu$. 3. $\pi\epsilon\acute{\alpha}\xi\iota\nu$. vel proæmium, sensum, usum.

Pars Prima.

9. In proæmio occurrunt notanda imprimis hæc quinque $\pi\epsilon\acute{\rho}\iota\lambda\acute{\epsilon}\iota\sigma\iota\varsigma$ 1. à quo. 2. quibus. 3. ubi. 4. quando 5. qua occasione & scopo hac sint dicta.

10. Quis nostri clypei sit Author ex textu non est obscurum ubi sic legimus vers. 18. Et accedens Jesus loquutus est eis: Jesus putà non ille Israelitarum Dux Jos. 1, 1. confer Act. 7, 45. nec ille Pontifex Maximus Zach. 3, 1. sed Dei & Maria filius Luc. 1, 31. seq. qui populum suum salvum facit à peccatis Matt. 1, 21. in cuius nomine nos salvos fieri oportet Act. 4, 12. quippe qui traditus est propter peccata nostra & excitatus propter justificationem nostri Rom. 4, 24. Hic Jesus nomine & omine talis, hoc est, Salvator (forsan Latinitatis Ciceroniana studiosus diceret Servator Chemni. in Har. Evang. c. 9. Nos autem cum Ecclesia loqui & credere decet. Mentz. tom. 1. disp. Gies. 2. th. 5.) hac verba est locutus, sed

11. 2. Quibus? eis ait textus, videlicet discipulis undecim vers. 17. Notum est nomen discipuli aliquando accipi generaliter pro fidei quovis. sic Luc. 14, 26. Act. 1, 15. c. 6, 11. qui Act. 11, 26. Christiani Psal. 105, 15. Uncti dicuntur. Hic autem specialiter sumi & eo nomine solos Apostolos venire indicat numerus undenarius adjectus. Nequaquam verò

A 3

Mat-

1.
Quia

2.
Quibus

Matthaeus undecim mentionem faciendo plures excludit & quidem illos plusquam quingentos fratres. Aliud suadet partim historica relationis series 1. Cor. 15, 5, 6, 7, partim firma Christi promissio Matth. 28, 7. Mar. 16, 7. imò ex ipso Matthaeo alios praeter Apostolos adfuisse haud improbabiler colligitur, quando quidam dubitasse leguntur, cum de Apostolis tot manifestationibus de Christi resurrectione confirmatis tale quid suspicari vix liceat.

3.
Ubi.

12. 3. Ubi hac sunt dicta? in monte Galilaea dicit vers. 17. Quis verò hic mons fuerit num Tabor, Carmelus Hermon aut promontoria Libani vel alius in medietate Galilaea situs, certò dici nequit. Si conjecturis aliquid concedendum ex circumstantijs nonnullis in monte Tabor hac à Christo dicta esse colligi potest.

4.
Quando.

13. Et quidem, 4. post Resurrectionem suam ex mortuis in solenni illa manifestatione ante suam ad caelos ascensionem hac verba est locutus. Etsi enim Augustinus lib. 3. de consensu Evangelist. c. 25. hoc de Majestate Christo data testimonium ad diem ascensionis referendum esse censet, tamen quia historia de Christi manifestatione qua in monte Galilaea contingit, arctè in textu connectitur, confer vers. 16. 17. 18. illi hoc adjungendum esse cum Dn. D. Gerhardo statuimus.

5.
Qua occasione & scop.
90.

14. 5. Occasio & scopus Christi dictorum hic est. Cum quidam Christum redivivum intuentes eum interioris adorationis cultu honorarent; quibusdam verò absurdum videretur, eum resurrexisse ex mortuis, quem die parasceves tam miserè tractatum & crudeliter occisum noverant ac proinde non fide plena statuerent, hunc ipsum quem coram videbant Jesum Nazarenum verè ex mortuis excitatum esse; Christus ut omnem dubitationem illis eximeret, propius accedebat & voce nota eos compellabat ostendens simul dictorum gravitate se in forma servile

servili esse quidem passum ac mortuum; verum jam illa depō-
sita se vivum ex mortuis resurrexisse & deinceps plenariē in
caelo & terra dominaturum esse.

15. Et hoc ipso non tantum illi de Christi Resurrectione
confirmabantur: sed etiam Apostolis per totum terrarum or-
bem Evangelium predicaturis animus addebatur, ne ob innu-
meros Satanae insultus sibi in futuro officio expectandos ni-
mium trepidarent & animum demandatae functionis gravita-
tem & periculorum variorum atrocitatem considerantes, de-
sponderent. Se enim illos nunquam derelicturum, sed poten-
ter ubicunq; semen verbi sparsurū essent, adfuturum. Hanc
esse occasionem & scopum ex attenta τῶν ἀποστόλων καὶ ἐ-
μπέδων consideratione clarescit. Et haec brevissimis de Apho-
rismi ἀποφάσει porro de ejus συνίσει agendum erit.

Pars Secunda.

16. Aphorismi sensus ut pateat, notanda sunt quinque:
1. quis hanc potestatem dederit. 2. quid. 3. Cui. 4. quomodo.
5. quando.

17. 1. A quo Christus potestatem hanc accepit hic αὐ-
τοῦ πατρὸς indicatur: Data est mihi omnis potestas &c. Tertull.
lib. advers. prax. c. 16. & lib. de fuga & persecut. c. 2. hoc lo-
co legit: Data est mihi à patre omnis potestas &c. Quod
licet πατὴρ in nostris non legatur, subintelligendum tamen esse
ex Dan. 7, 14. Matth. 11, 26. Iohan. 3, 35. Eph. 1, 22. & alijs
constat ubi Christus eam potestatem à patre accepisse expresse
scribitur.

18. Hinc verò non sequitur ab hac donatione filium & S.
S. excludi potius omnes tres Divinitatis personas includi se-
quentibus evincitur. 1. quia ejusdem hujus infinita potesta-
tis effectus in scriptura & patri & Filio & Spiritui S. tribuun-
tur.

tur: sic patri & filio ex mortuis resuscitatio Ephes. 1, 20. Ioh. 10, 18. exaltatio Philip. 2, 9. Eph. 4, 8. à dextris collocatio Eph. 1, 20. Mar. 16, 19. omnium hostium devictio Ps. 110, 1. 1. Cor. 15, 25. sic illuminatio patri Iacob. 1, 17. filio Iohan. 1, 9. Spiritui S. Ephes. 3, 9.

19. 2. Quia opera SS. Trinitatis ad extra quoad actum sunt indivisa ob indivisam divinam essentiam virtutis & voluntatis unitatem Iohan. 5, 19. Ita tamen hoc accipiendum est, ne ordo & cuiusque personae proprietates violetur sed servetur, quo refert pia vetustas illud Rom. c. 11, 36. Ut enim persona sunt ita agunt. Sic filius est à patre ita etiam agit à patre. Secundum scripturam ergo Deus pater vel ipse $\rho\gamma\omega$ vel Spiritus S. sive tota SS. Trinitas carni assumpta hanc potestatem dedisse rectissime dicitur, quanquam pater (uti & SS.) non intra suam hypostasin sed intra hypostasin filii & unione personali mediante communicavit.

20. Huius donationis fundamentum & causa est unio hypostatica $\rho\gamma\omega$ & carnis. $\rho\gamma\omega$ enim veram & perfectam humanitatem ex substantia Mariae virginis matris in suam personam accipiente Iohan. 1, 14. Ebr. 2, 14, 16, 17. hac divina Majestas ipsi naturae assumpta data & communicata est. Id quod scriptura innuit quando huius $\epsilon\upsilon\omega\chi\eta\sigma\iota\omega\varsigma$ mentionem faciens plerumque Idiomatum communicationem adjungit ut videre licet ex Luc. 1, 32, 33. Iohan. 1, 14, 16. cap. 3, 34, 35. Col. 2, 3. & 9. utpote sine qua nec unio facta nec dextre explicari aut intelligi potest. Qui enim $\kappa\omega\iota\omega\upsilon\varsigma$ est natura & $\iota\mu\sigma\iota\omega\upsilon\varsigma$ ille & priorum particeps sit necesse est quia cohaerent & hic sunt unum $\epsilon\upsilon\omega\chi\eta\sigma\iota\omega\varsigma$.

21. Quare verò scriptura hanc Majestatis collationem ut plurimum patri tribuat, rationes potissimum tres à Theologis redduntur. 1. quia pater est fons Trinitatis à quo filius per ater-

atervam generationem omnia qua ad naturam suam spectant accepit. 2. quia sicut patri tribuitur decretum de Redemptione nostri ejusq; in tempore facta executio &c. Johan. 3, 16. c. 6, 39. c. 10, 18. c. 14. 10. &c. ita quoq; ad patrem tanquam ad fontem hac Christo data potestas refertur. 3. ne de Mediatoris virtute perfectione dubitarem. Nam pater Christum sponsorem nostrum ob peccata nostra in carcerem conjecerat. Quia ergo eum inde liberatum exaltavit dando ipsi potestatem in caelo ac in terra, plenissime pro nobis satisfactum esse inde colligitur.

22. Ex jactis fundamentis duo Adversariorum argumenta quibus vehementer exultant facili negotio refutari possunt Primum ita habet. Pater dedisse dicitur filio omnem potestatem. Ergo est relatio inter patrem dantem & filium accipientem non autem inter $\rho\sigma\gamma\epsilon\upsilon$ & carnem assumptam & proinde non recte dicitur carni data esse omnis potestas. Resp. est falla: secundum quid. Nam Relatio est inter patrem & $\rho\sigma\gamma\epsilon\upsilon$ sed respectu naturae assumptae. Nam respectu divinae pater & filius sunt essentialiter unum & quaecumq; agit pater $\delta\mu\omicron\iota\alpha\varsigma$ & filius agit Johan. 5, 19. Ergo illa $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\eta\ \mu\epsilon\theta\omicron\delta\eta\chi\eta$ ad humanam naturam referenda est.

23. Secundum hoc modo forenant. Si idiomata divina (& inter hac omnipotentia) communicantur carni Christi consequitur inde incarnatio totius Trinitatis, quia illa idiomata cum sint essentialia & naturalia toti Trinitati conveniunt. Hoc autem est absurdum, Ergo & illud. Resp. 1. per $\epsilon\nu\sigma\omega\sigma\iota\nu$. Natura divina est communis toti Trinitati Ergo si divina natura est incarnata ut patres loquuntur ex scriptura Col. 2, 9. Act. 10, 39. 2. Cor. 5, 19. tota Trinitas est incarnata. Hoc est $\alpha\nu\alpha\lambda\omicron\lambda\epsilon\theta\omicron\nu$ Ergo & illud. 2. Idiomata divina considerantur dupliciter, 1. $\acute{\alpha}\omega\lambda\omicron\varsigma$. 2. $\chi\epsilon\iota\mu\acute{\iota}\omega\varsigma$ ut hoc loco
B qua-

quatenus videlicet τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς ἐκείνης in filio limitata est & περιητώδῃ consideratur. Hoc non illo modo carni sunt communicata. 3. distinguendum inter incarnationis & (quæ hujus est consequens.) communicationis causas externas & internas (ut ita docendi gratia loquamur.) Illo respectu Incarnatio & communicatio est opus S. S. Trinitatis quia pater filius & SS. efficiunt & operantur eam suorum finem destinant ut constat ex Luc. 1. non hoc: quia unionem formaliter non constituunt. Solus enim λόγος factus est caro Joh. 1, 14.

24. Hacenus quis dederit vidimus: jam 2. quid datum sit considerandum venit. Verba hæc spectantia ita sonant: πάντα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Hic observanda sunt duo. 1. vocis ἐξουσίας ὁμωνυμία. 2. ejusdem ἐρμηνεία sive ἀξιόφρασις.

25. Vox ἐξουσία in scriptura usurpatur 1. pro legitima potestate privata Rom. 9, 21. 2. pro legitima potestate publica & hinc pro personis ejusmodi potestate pradiis Rom. 13, 1. Eph. 1, 21. 3. pro indicio potestatis metonymicè 1. Cor. 11, 10. 4. pro dignitate ac majestate Johan. 1, 12. 5. pro loco alicujus Dominij Col. 1, 12. Luc. 4, 6. 6. pro efficacia ac robore sic Matth. 10, 1. confer Luc. 9, 1. Huic significationi sæpe ἐξουσία ἀπὸθεῶς καὶ ἀπὸ ἀνθρώπου libera & plene facultas & legitima potestas, præcipue cum aliquid à Deo aut Dei nomine fit, includitur. Et hanc hic potissimum intendi ex ἀξιόφρασι & contextu apparet liquet.

26. Communis est Calvinianorum sententia quod Christo juxta humanitatem per & propter unionem hypostaticam divina Majestas & infinita potestas non sit communicata: alij tamen aliter se explicant. Quidam nomine omnis potestatis Matth. 28, 18. potestatem virtutem, potentiam adeoque divinum imperium intelligi fatentur ut Sadeel lib. de verit. hu-
nat.

nat. & qui ipsam sequuntur: alij disertè negant ut Beza par.
1. Resp. ad Coll. Mompel. pag 132. Danæus in exam.
Chemnit. p. 363. Zanchius lib. 2. de incarna. Priorem
sententiam qui amplectuntur eam personæ datam esse conce-
dunt, sed determinationem juxta humanam naturam admit-
tere nolunt. Posteriori qui tucntur, eam natura humana
datam esse largiuntur vide infra.

27. Hinc quidam ut dictam sententiam obtineant distin-
guunt inter $\delta\upsilon\alpha\mu\upsilon\iota$ & $\epsilon\tilde{\chi}\sigma\iota\alpha$, hanc non illam Christo juxta
humanitatem concessam esse langientes ut videre est apud
Zanchium dicto lib. & lib. 3. de natura Deic. 1. qu. 1.

28. Nos inficias non imus inter $\epsilon\tilde{\chi}\sigma\iota\alpha$ & $\delta\upsilon\alpha\mu\upsilon\iota$ ali-
quod & aliquando esse discrimen. Id enim indicat partim
notatio, partim horum locorum diligens consideratio 1. Cor. 1,
24. Luc. 4, 36. Verùm licet in creaturâ possit $\delta\upsilon\alpha\mu\upsilon\iota$, ab
 $\epsilon\tilde{\chi}\sigma\iota\alpha$ & hac ab illa sejuncta esse ob subjecti imbecillitatem,
de Deo tamen loquendo & $\delta\epsilon\alpha\theta\epsilon\omega\tau\omega$ nunquam dujuncta est
à divina & infinita virtute.

29. Id ipsum ut ad oculos pateat duo demonstraturi su-
mus 1. Christo verè divinam & infinitam potestatem juxta
humanitatem datam esse. 2. cum hac $\epsilon\tilde{\chi}\sigma\iota\alpha$ in Christo $\delta\upsilon\alpha\mu\upsilon\iota$
esse conjunctam.

30. Primum evincimus hoc argumento: Quæ potestas
est Jehovæ propria illa est verè divina & infinita. Sed hæc
quæ hic Christo data esse affirmatur est Jehovæ propria. Ergo.
Majoris connexionem veram certam ac immotam esse omnes
sana mente præditi fatentur. Et ex abundanti potest confir-
mari ex Esa. 42, 8. Ps. 83, 19.

31. Minor ita roboratur. I. quia est $\pi\acute{\iota}\sigma\tau\alpha$ $\epsilon\tilde{\chi}\sigma\iota\alpha$ ut
ait hic Salvator & Paulus 1. Cor. 15, 24. sed hac soli Deo est
propria Deut. 10, 17. II. quia, dicente Christo, est potestas

in caelo & in terra imò etiam sub terra, Paulo asserente Philip. 2, 10. Eph. 1, 20. 21. Ebr. 2, 8, sed hæc soli Deo est propria. 1. Paralyp. 29, 11. Matth. 11, 25, Act. 17, 24.

32. III. quia per istam potestatem in suo nomine omnes gentes baptizare iussit Matth. 28, 19. Id autem solius Dei esse nullum est dubium. Qui enim illud potest, ille sacramenta instituendi potestatem habeat necesse est, quod ipsum solius Dei esse quis dubitabit? IV. quia vi illius potestatis misit Apostolos qui omnes gentes docerent servare omnia quæ præceperat illis ac etiamnum mittit verbi ministros Matth. 28, 19. 20. Ephes. 4, 11. Id. a. soli Jehovæ proprium: vide saltem Matth. 9, 30.

33. V. quia est potestas, cui Ministri verbi & omnes pij contra furorem Diaboli & rabiem mundi tuto inniti queunt ut patet ex scopo & textus coherencia vide supra th. 15. & confer Ps. 72, 13, 14. Hac autem soli Jehovæ competit Ier. 1, 8. seqq. Esa. 41, 10, 14. VI. Hac potestate usq. ad consummationem seculi Ecclesia sua est prasens agitq. per Ministros suos ut Mediator hoc est, ut Deus & homo vers. 20. confer Mar. 16, v. ult. 2. Cor. 10, 4. c. 13. 10. quia Mediator est secundum utramq. naturam. Ergo potestatem, qua Christo homini communicata est, divinam & infantam esse oportet.

34. VII. Quia est potestas cui religiose adorationis honores debetur Matth. 28, 17. confer Dan. 7, 14. Apoc. 5, 13. Hic autem soli Deo tribuendus Matth. 4, 10. VIII. quia est potestas una & eadem cum potestate in throno sedentis Apoc. 5, 13.

35. IX. Quia est potestas aeterna Dan. 7, 14. in secula seculorum Apoc. 5, 13. X. quia est potestas vivificandi Job. 6, 51, 54, 55. quod ipsum opus solius Dei esse patet partim ex 1. Sam. 2, 6. Rom. 4, 17. partim quia per illam Christus demonstrat se esse Deo coequalem Johan. 5, 21.

Quia:

36° XI. Quia est potestas omnium carnalis peccata remittendi Matth. 9, 6. quæ soli Deo propria Esa 43, 25. XII. quia est potestas omnis carnis Joh. 17, 2. quæ soli Jehovæ propria Jer. 32, 27.

37. XII. Quia est potestas judicandi omnes Johan. 5, 27. seq. quam majestatem esse Jehovæ propriam constat, quia ad eam imprimis hæc tria requiruntur 1. nosse omnia occulta Rom. 2. 1. Cor. 4, hoc est esse καὶ ὁμοιωσῆναι. 2. pronunciare sententiam justam. 3. eandem latam exequi. XIV. Quia est potestas miracula edendi Act. 10, 38. Johan. 2, 11. Luc. 8, 46. Facere autem mirabilia solus Deus potest Exod. 15, 11. Ps. 72, 18. & ex miraculis agnoscitur & demonstratur vera Christi Deitas Johan. 5, 20. c. 10, 37. c. 20, 31.

38. XV. Quia per hanc potestatem filius hominis etiam alia verè divina hoc est increata virtutis opera edit Nam. 1. dedit in redemptionem pro mundo animam suam. Matth. 20, 28. & sanguinem suum Eph. 1, 7. Ebr. 9, 12. 1. Pet. 1, 5. Apoc. 5, 9. 2. pacificavit per sanguinem crucis sue omnia Col. 1, 20. reduxit sempiternam justitiam Dan. 9, 24. sua resurrectione Rom. 4, vers. ult. 3. abitu suo ad patrem SS. promeruit Johan. 16, 7. quem effudit visibiliter Act. 2, 33. 4. mundat sibi populum Tir. 2, 14. regenerat per suam resurrectionem 1. Pet. 1, 3. dat pœnitentiam Israël Act. 20, 31. dat fidem eamq; consummat Ebr. 12, 2. sanctificat per proprium sanguinem Ebr. 3, 12. ad serviendum Deo vivo c. 9, 14. 5. interpellat pro nobis Rom. 8, 34, 35. Ebr. 7, 15. 6. in eum credunt & confidunt p̄j & salvandi Psal. 2. vers. ult. Johan. 6, 54. 7. eorum preces exaudit eosq; defendit Psal. 72, 12. & 14. resuscitabit Iohan. 5, 28, 29. salvabit & glorificabit eosdem ibidem 6. 14, 3. Quibus si quis velit adjungere Authoritatem patrum

significare potentia ab virtute vacuam constat vel ex Dan. 4.
31. ubi ipsi Deo tributum legimus. 2. Vorstij Calviniani qui
in respon ad 2. par. discept. Sladi pag. 70. ita scribit: Li-
cet hoc loco Matth. 28, 18. πᾶσι ἐξουσία non sit idem prorsus
quod πᾶσι δυνάμις, hanc tamen sub illa contineri hic necessa-
rio, nullum est dubium, cum illa alioqui otiosa sit & frustra-
nea nisi per istam actu sese exerere possit. 3. Sadeelis qui hic
notari imperium, jus & potestatem sive auctoritatem ait lib.
de veri. hum. nat. 4. Rudolphi Gualteri locum Iohan. 3.
35. qui huic est πᾶσι δυνάμις de Omnipotentia explicantis
homilia 24. in Johannem.

43. In hunc nostrum clypeum varia ab Adversarijs vi-
brantur spicula, nos acutiora unius Zanchij tantum hic vi-
debimus Nam quæ Beza par. 1. resp. ad Coll. Momp.
P. 132. 133. opponit videlicet vocis ἐξουσίας significationem, calis
& terra descriptionem & aliorum, locorum collationem, illa ex
supra dictis facile infringuntur.

44. Zanchius autem tom. 8. Miscel. fol. 178. col. 2.
seq. huic magno nostro clypeo (quomodo cum ipse vocat),
in primis sequentia obvertit. 1. Potestas (ait) non semper &
in omnibus adjunctam habet potentiam. Ergo ex vi hujus
vocis omnipotentia Christo secundum humanitatem tradita
inferri non potest: & hoc porro probaturus ex hujus loci cir-
cumstantijs potissimum temporis & sic uti urget illustratq. par-
tim auctoritate Tertulliani, partim his scripturæ locis. Ioh-
han. 17, 2. dedisti ei potestatem omnium carnis, hoc est, in omnes
homines etiam gentiles. Iohan. 5, 27. dedit ei potestatem judi-
cium faciendi, h. e. jus & auctoritatem.

45. Resp. 1. Nos ex nuda voce argumentari falsum
est, contrarium ex supra dictis constat & ipse Zanchius pri-
ori responsioni diffidens id in initio secunda haud obscure agno-
scit.

scit. 2. Circumstantia tantum abest ut nobis obsint, ut potius nostram sententiam firmiter robovent, vide th. 32. seq. & thesin 93. qua haec respectu plenariae usurpationis dici se docebunt. 3. Nec obstat nobis autoritas Tertulliani, utpote, qui nudam potestatem non asserit, sicut nec duo illa scriptura dicta. Nam primum probat talem potestatem qua credentibus det vitam aeternam vers. 2. unde hic potestatem cum infinita divitiae conjunctam denotari patet. Nam actus secundus praesupponit primum. Similiter nec secundum nudum jus ac auctoritatem infert. Nam vers. 28. dicuntur vivens in monumentis audituri vocem hujus hominis: & vers. 22. novae vitae ipsi data esse affirmatur. Hinc Rudolphus Gualtherus in commentar. super Johan. fol. 79. edit. Tigur. Anno 75. in fol. in haec verba ita scribit. Observabis autem istud quoque de Christo secundum naturam Humanam dici cui potestas eadem data est quam cum patre filius ab aeterno habuit (quam in praecedenti periodo irrefragabile divinitatis Christi argumentum esse ait.) Hac ille verissime.

46. 2. Potestas (ait 2.) Mediatoris est finita & creata. Potestas hac Christo data est potestas Mediatoris. Ergo finita & creata & proinde nihil facit ad communicationem realem infinita & increata potestatis probandam. Resp. Propositio negatur. Contrarium probatur, quia est Dei propria & infinita virtutis effecta producit, ut ex superioribus constat. Deinde si finita & creata, actum erit de opere Redemptionis, quod per creatam officij potestatem confici non potuit: actum erit de fundamento demonstrationis ab ipsomet Christo frequentata, qua ex operationibus vera astruitur Christi Deitas. Quae si non sunt verè divina sed finita adeoque creata, non verum Deum sed Deum vero inferiorem creatum & alienum ostendent.

47. In.

47. *Instantia. Potestas Dei patris est suprema, immensa in infinitum etiam qua non sunt aeterna. Mediatoris potestas est secundaria & vicaria. Ergo potestas Mediatoris non est potestas Dei patris hoc est, increata & infinita. Resp. 1. Propositio quo sensu affertur, eo negatur. In Trinitate enim ut nihil est majus nec minus, ita neque quicquam superius aut inferius, 3. Assumptio itidem negatur, cujus falsitas ex Veterum canone patet: Inaequalitas officij non tollit aequalitatem essentia & proinde nec potestatis. Ut nihil dicamus ex ea concessa necessario sequi Christum esse aut secundum alteram tantummodo naturam videlicet humanam nostrum Mediatorem aut si secundum utramque, divinam etiam esse idcirco inaequalis potestatis, quia secundum eam est Mediator.*

48. *Pergit Adversarius & confirmaturus argumenti Minorem affert. 1. tria scripturae dicta. 2. Auctoritatem Antiquitatis. Dictum primum extat 1. Cor. 15, 27. seq. indeque format tria. 1. Quia vers. 27. subjecta patris potestati dicitur. Deinde ejus regnum describitur peculiari phrasi videlicet sessione ad dextram Patris, qua solet ijs tribui, qui secundum a Rege in administratione Regni locum habent. Resp. 1. Committitur ignoratio Elenchi. In textu enim tantummodo dicitur quod pater subjecerit filio omnia secundum humanam naturam secundum quam erat minor & inferior patre, non vero quod secundariam & vicariam potestatem ipsi commiserit. Quin vero contrarium ex eo patet, quod omnia ei subjecit citra exceptionem ullam, nisi quod se ipsum ei non subjecerit. 2. Committitur αὐτοκρατορίας λέξεως, dum phrasis illa, qua modus traditi regni plenarie per hanc potestatem administrandi describitur, male ad differentiam ipsius potestatis & regni trahitur, quod ab Arrianis olim factum esse apparet ex Basilij libro de SS. c. 6. ubi ijdem respondens ait: Dextrum non significare inferiorem lo-*

C

cum

cum sed ex honorificis præsentia nominibus scripturam nobis adumbrare Filij Majestatem.

49. 2. *Finita est, quia est in res finitas videlicet quæ in cælo & terra sunt.* Resp. 1. *Si ea est finita potestas quæ in res finitas in cælo & in terra existentes obtinetur, tum & Dei patris potestas erit talis, quia & hæc in res finitas est, ut ostensum ib. 31.* 2. *Nulla potestas in res infinitas dari potest. Nam non sunt infinita alia præter hoc ipsum unum.*

50. 3. *Hæc potestas finem habebit, quia filius tradet regnum patri eiq; subjicietur.* Resp. 1. *Fall. secundum quid. Finem habebit regnum Christi Mediatorium non quoad & cetera sed & cetera, unde tunc regnum gloria dicetur, id quod nunc regnum potentia & gratia appellatur. Nunc per verbum & sacramenta illud administrat & subditis in eo competit militia, sicuti Regi eorum defensio contra hostes, quibus tunc finis imponetur. Tradet igitur regnum non abdicando Majestatem & gloriam sed triumphando de hostibus debellatis ut ex verbis seq. & Psal. 110. obvium est.* 2. *De subjectione quod subjicitur vers. 28. ad illud dicimus, hæc de Christo secundum humanitatem accipienda esse, quomodo hunc locum exposuerunt Theodoretus aliq; Commentatores Græci. Item Augustinus contra Maximi. lib. 2. Quod scriptum est (inquens) cum ei omnia subjecta fuerint, secundum id dictum est, quod homo; non secundum id quod Deus est. Sensus igitur est. Etsi filio omnia subjicienda sint, quæ homini, non tamen per illam subjectionem filium quæ hominem vel patri majorem vel patri æqualem futurum, sed sicuti nunc patri subjectum sit, ita tunc quoq; quæ hominem subjectum porro futurum. Hæc de dicto primo: sequitur.*

51. 2. *ex Eph. 1. 20; 21. exaltatus (ait) esse dicitur supra omnes Angelos, non dixit supra Deum neq; æquatam Deo:*
Item

Item quod sedet non ubi pater sed ad dextram patris q. d. secundarium locum ac gradum ac potestatem tenens. Resp. 1. si hac potestatis descriptio infert potestatem mediam divina inferiorem ac omnium creaturarum potestate superiore, etiam ipseus Jehovah potestas talis erit. Nam scriptura passim phrasibus honorificam praesidentiam notantibus ejus majestatem nobis adumbrat. vide thesin. 31. 48. 2. Christum quia homo est supra Deum exaltatum esse, vel ei exaequatum Apostolus dicere nec potuit nec debuit. Nam tunc secundum naturam humanam ipso Deo fuisset major & non per gratiam unionis & exaltationis ad tantam majestatem erectus fuisset, quod divina natura & universae scriptura ex diametro repugnat.

52. 3. Dicitur est. Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi q. d. post non ero vobiscum hoc modo ut Mediator pro vobis apud patrem. Resp. Particula *ego* quidem hic terminum notat presentia non autem omnimoda sed gratiosa in hoc seculo, ubi dicitur nobiscum esse stylo scripturae, Job. 14. 23. hac seculo consummato, terminabitur & inchoabitur gloriosa, qua futuri esse dicimur cum ipso 1. Thess. 4. 17. Hinc verò nequaquam sequitur quod tunc Mediator esse desiturus sit. Nam est sacerdos in aeternum Ps. 110. 4. Licet ergo potestatem suam tum amplius non sit exerciturus Ecclesiam sibi per verbum & Sacramenta calligendo, pro nobis apud patrem intercedendo, tamen eandem exeret electos aeternum glorificando gloria morte & sanguine parta.

53. 2. Ait Adversarius omnes patres de Mediatoris potestate sic esse locutos. Testimonia non allegat prater unicum Ignatij. Nos tantum Regulam Leonis fortiter commentum illud elidentem opponimus: Verbum operatur quod verbi est & caro quod carnis. Ad quid opus ergo esset potestate & operatione media qua nec divina nec humana? Cæ-

vera in responsione secunda quæ ad locum Dan. 7. excipit & ex
Cyrillo contra realem infinitæ potentie communicationem ob-
vertit in ipso conflictu cum Deo videbimus.

54. His præmissis ad argumentum ex Matth. 28. & alijs
extructum (vide thesi 33. argumentum sextum.) respondet
in ejus conclusione plus esse quam in præmissis, eò quod 1. con-
cludat illam potestatem, de qua Matth. 28. esse illam infinitam
Dei, id à se negari ait probatq; contrarium cum argumeto-
rum Cyrilli autoritate. 2. ex eo, quod illam infinitam
potestatem exerit per carnem eam carni ut organo realiter com-
municatam esse inferat. Tandem vult notari quod Media-
tor ut homo in ministerio finita tantum egerit potestate.

55. Resp. In argumenti nostri conclusione plusquam
in præmissis esse inficiamur. Primum enim malè ab Adver-
sario negari supra demonstratum esse putamus. Probatio-
nem, quam adfert, esse falsam docet $\tau\omicron\upsilon\tau\alpha\ \iota\mu\acute{o}\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$ humane
nature ut rei finita non quidem $\epsilon\tilde{\iota}$ $\Phi\acute{o}\sigma\alpha\upsilon$ sed $\kappa\alpha\theta\grave{\alpha}$ $\epsilon\tilde{\iota}\nu\alpha\sigma\iota\upsilon$ com-
municata. Antiquitatem & imprimis Cyrillum huic sen-
tentie patrocinari magis quam adversari apud Dn. Dn. Chem-
nit. & Hun. videre licet.

56. Secundum rectissimè etiam inferitur. Nam orga-
ni conditio est ut primarij agentis operationem suscipiat atq; ita
partim vi propria partim vi primarij agentis operetur, quod
cum de organo separato sit verum, quantò magis de hypostaticè
unito ita est sentiendum. Nam ut humana natura operatio-
num divinarum $\delta\epsilon\theta\epsilon\omicron\upsilon\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$ fieret, tantam $\tau\omicron\upsilon\tau\alpha\ \theta\epsilon\acute{\iota}\omega\upsilon$ $\alpha\upsilon-$
 $\chi\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omega\upsilon$ $\tau\omega\epsilon\sigma\tau\eta\kappa\eta\upsilon$ in unctione & exaltatione sortita est. De-
niq; Mediatorem, ut homo est, finita tantum potestate egisse
& agere in officio suo finis incarnationis videlicet Redemptio-
& ad dextram Dei exaltatio fortissimè negant. Hac ad ar-
gumenta Zanchij primaria aliquantò prolixius diximus quia
Re-

speciem aliquam habere videntur. Cætera qua huic nostræ Clypeo opponit partim ex thesibus partim ex sequentibus observationibus facile dilui posse confidimus.

57. 1. Gratia unionis, secundum scholasticos, est ista gratia, per quam humana natura à filio Dei assumpta & per unionem personalem hypostaseos ejusdem est particeps facta. vide duntaxat Scotum sup. 3. sentent. dist. 2. qu. 2. Durandum lib. 3. dist. 2. qu. 2. Hoc quia verissimum est, multa adversariorum argumenta naufragium faciunt. Nam λόγος ἰσότητος & ejus Majestas realiter non differunt.

58. 2. Humana natura considerari potest vel respectu λόγος per eam operantis & ita organon in significato laxo dici potest non tamen ἄεργον sed ἐεργον vide Act. 2. 22. cap. 10. 38. vel respectu ἀποτελέσματος, hoc est, salutis nostræ & gubernationis Ecclesiæ, imò totius mundi: hoc modo non seorsim considerantur sed in arctissima unione copulata, quatenus per unã & eandem divinam virtutem τῷ λόγῳ propriam & carni in ἐνώσει communicatam operantur unamq; principalem causam, constituunt, qua ratione propriè organum non erit appellanda.

59. 3. Humana natura est omnipotens non per essentiam sed per unionis gratiam. Hinc sicut non est dicenda omnipotentia sed omnipotens, ita nec Deus aut Deitas sed ὁμοθεῖον, θεοθεῖον, Deo unita dicenda est. Subjectum enim unum unitorum non συνωνύμως sed πᾶρυνύμως predicatur de altero.

60. 4. Regula patrum de datis Christo in tempore intelligenda & explicanda est, non de quocunq; datorum genere sed de ijs qua 1. sunt unionis personalis effectum. 2. qua personam, cui data, locupletent seu vires gloriam ac majestatem offerant. 3. quorum finis immediatè spectat officium Media-

toris, ut patet ex Regula proposita occasione. Patres enim
eam Arrianis ex datis in tempore Christi Deitatem neganti-
bus inprimis opposuerunt & in dictorum de glorificatione Chri-
sti agentium enucleatione adhibuerunt.

61. 5. Scriptura loquens de Majestatis communicatio-
ne frequenter loquitur de persona, 1. quia σύνολον compositum
seu totum est notius suis partibus. 2. quia persona πρῶτος sese
offert eiꝰ principaliter actiones & passiones assignantur. Qui
autem scripturam ἐξ ὁποῦ μὲν καὶ ἀναλύειν cupit, illum à per-
sona ad naturam, à concreto ad abstractum descendere oportet,
partim ob naturam divinam sufficientiam & humanam indi-
gentiam: partim ob scripturam & Antiquitatis ductum, quem
hic deserere nefas est. 6. Christus, quia Deus est, se non
exinanivit secundum Apostolum per hoc quod in statu exana-
tionis potestatem hanc non semper & universaliter exerue-
rit per carnem, sed ita inanivit assumptam naturam. Pro-
pterea idem ut Deus, non resumpsit eandem potestatem ejus u-
sum palam in celo & in terra apud omnes exerendo, sed ita
exaltavit humanam naturam.

3.
Cui,

62. Hactenus de secundo, sequitur. 3. Cui sit data.
Data est MIHI ait Salvator. Mihi, hoc est, θεῶν πρώτων per-
sona illi qua est Deus & Matris filius. Cum enim actiones
& passionis sint suppositi sive persona (prout est principium
quod non quo) & ipsum τὸ δίδωμι seu δοῦναι quippe quod
est πᾶσι καὶ, persona esse consequitur.

63. Quia verò in Christi persona est ἄλλο καὶ ἄλλο alia
atq; alia natura Christo sive persona potestatem illam donatam
esse affirmasse non sufficit, sed ulterius exprimendum est secun-
dum quam naturam donatio illa sit facta nisi duas personas
statuere vel Arriana impietati subscribere velimus. Si enim
persona data est hac Majestas & verò secundum hypothesin
Ad.

Adversariorum humana natura hujus non est realiter particeps, utiq; persona illa jam extra hanc humanam naturam existet: & divina naturae tale quid in tempore dari potuisse qui asserit, ab Arrianismi suspitione se liberare non potest.

64. Deinde Christi persona non est etiam aliquod tertium praeter & ultra illas naturas (alias enim foret non solius Dei patris nec solius Mariae filius sed & alius filius) verum est θεὸς καὶ ἄνθρωπος Deus & homo: Duae naturae personaliter unitae sunt unus ille Christus & vicissim Christus est natura divina & ἄνθρωπος humana personaliter unita. Ergo ejusmodi quid, quod ad personam tantum, non verò vel ad utramq; vel ad alterutram Christi naturam pertineat, dari, nullo idoneo exemplo confirmari potest.

65. Proinde non subsissimus in hac praedicatione dicendo, hac esse personae Mediatoris data, sed ulterius quarimus secundum quam naturam omnis hac in caelo & in terra potestas sit Christo data: Hic cum scriptura respondemus, datam esse Christo homini sive quae homo, vel humanae naturae sive humanitati vel carni quatenus nimirum illa in persona & ἄνθρωπος subsistit & ei personaliter unita est: Aequè ac si praevia scriptura & symbolo Apostolico dicimus Christum esse conceptum natum ex muliere, ex semine, esse passum mortuum &c. secundum carnem Rom. 1, 3. Gal. 4, 4. 1. Pet. 2, 24. c. 3. 19. c. 4, 1. Christum esse aeternum sed secundum Deitatem Joh. 17, 5.

66. Hac nostra sententia confirmatur his argumentis.
1. Quicquid Christo datum. 1. in tempore. 2. καὶ χρόνῳ. 3. tanquam ἐχθρῶ καὶ ὑπώμῳ. 4. ad sui perfectionem seu ut officium Mediatoris exequi posset, illud ipsi secundum humanam naturam est datum. Nam καὶ πάντα quae Deus omnia ab aeterno habet.

habet & est Schaddai ejusq; tanta est perfectio ut nec per se nec propter se, nec propter nos seu ratione officij exaltatione sui opus habuerit. Sed hac potestas est ipsi data 1. in tempore Dan. 7, 13. confer. c. 9, 24. Job. 17, 1. Ebr. 1, 3, 4. 2. & Χάρις ut constat ex voce ἰδοὺ Matt. 28, 18. collata cum Philip. 2, 9. ubi per Χαρίσδωυ explicatur. 3. tanquam ἕξοχή καὶ ὑψωσις Philip. 2, 9. 4. ad sui perfectionem seu ut officium Mediatoris exequi valeret. ut patet partim ex hoc ipso loco & Ebr. 1, 4. partim ex absurdo contrarij: Si enim humana natura tam angusto muneri exequendo par fuisset potestate creata, incarnatione non fuisset opus. Nam filius Dei per hominem ἀδούμωταιν creatâ potentiâ instructum, omnia qua ad officium pertinebant, exequi potuisset. Ergo.

67. 2. Secundum quam naturam Christus est 1. filius hominis Dan. 7, 13. Matt. 9, 8. 2. habet carnem Job. 6, 11, 54. sanguinem 1. Ioh. 1, 7, manus & pedes Ps. 8, 7. 1. Cor. 15, 27. Eph. 1, 22. Ebr. 2, 8. Ioh. 3, 35. 3. est leo de tribu Juda & agnus occisus Apoc. 5, 5, 6, 12. 4. ex mortuis resuscitatus (ut hoc loco Matt. 28, 18. textus μετὰ τρεις non obscure innuunt) secundum illam illi hac est data Majestas. Sed secundum humanam naturam &c. Ergo.

68. 3. Christus Apostolis Ministerium Evangelij commendat eosq; gratiosa sua presentia promissione consolatur etiam qua homo est quia pertinet ad ejus officium quod propter exequendum factus est Rex, Dominus & caput corporis sui mystici Act. 2, 36. Rom. 14, 19. Eph. 1, 22. Ergo etiam quia homo est, ipsi hac potestas est data sine qua qua promittit nunquam prestare valeret.

69. 4. Secundum humanam naturam est unctus virtute miraculosè sanandi Act. 10, 38. Mar. 5, 29, 30. Luc. 5, 17. 2. requiescit in eo spiritus fortitudinis Esa. 11, 3. fortitudinis inquam
tanta

tant a quanta opus est ad exequendum divinum iudicium ibi-
dem v. 3, 4. 3. propositus est à Deo ut fides in ipsum designatur
seu ut esset propitiatorum per fidem in sanguine suo Rom. 3, 25.
4. accepit dona pro hominibus & dedit χάρις καὶ ἔλεος 1. Cor. 12, 7,
8, 9, 10, 11. Eph. 4, 8. Act. 2, 4, 17, 18. 5. venturus est in gloria
patris, videbitur ab omni oculo, sedebit super thronum gloriae
suae, habebit ante se congregatas omnes gentes, statuēt oves à
dextris, haedos à sinistris, pronuntiabit sententiam Matt. 16,
27. c. 25, 31. seq. Ergo secundum eandem hanc accepit.

70. 5. Secundum quam naturam est inanimatus, secundum
eandem est exaltatus & deificatus. Sed secundum humanam. Ergo.
Propositio firma est ut liquet 1. ex Ps. 110. v. ult. Philip. 2, 9.
Eph. 1, 20. Ebr. 2, 9. Luc. 24, 26. Rom. 14, 9. 2. ex symbolo
Apostolico. Assumptio probatur ex absurdo contrarij. Si enim
secundum divinam etiam naturam exinaniri potuit, secundum
eandem etiam exaltari potuit quod est impium & Arrianis-
mum sapit. Ergo.

71. 6. His ad jungimus consensum patrum Antiquitatis qui
in genere patet ex Regula Arrianis, Eunomianis & reliquis
Christi hostibus opposita quam Theodoretus Dialogo secundo
ita effert: ὁμοῦ λέγει ἡ γενεὴ ὅτι ἔλαβεν ὁ ἦος καὶ ἐδοξάθη διὰ τὴν
ἀνθρώπινην αὐτῆς λέγει ἡ τὴν θεοῦ: partim in specie ex Theo-
phy lacto in cap. 28. Matthaei. August. in Job. tract. 105. Theo-
doreto in Ps. 8. & c. illorum verba apud Dn. Dn. Chemnit. &
Hunn. Gerhar. legi possunt.

72. Apud Calvinianos sunt opinionum hac de re divor-
tia, quae eorum sententiam non leviter suspectam reddunt,
ἀπλῆς ὁ λόγος ἀληθείας; καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ δεῖ ψαδὸς πλυ-
χιδὲς. Quidam hanc potestatem Christo respectu humanae na-
turae datam esse largiuntur ut Danæus contra Chemnit. p. 361.
Kecker. in system. Theol. p. 322. sed qui tergiversantur in-
quiniuplici possunt collocari classe.

D

Qui-

73. 1. *Quidam Persona Mediatoris datam esse dicunt* *Uig. subsistunt ut Trelcat. in locis pag. 58. seq. Sadeel in lib. de* *ver. hum. nat. quid his respondendum sit vidimus thesi 52. seq.*

74. 2. *Quidam omnis potestatis donationem ad Deitatem Christi referunt respectu manifestationis & declarationis* *Beza. par. 1. respon. ad act. Coll. p. 133. Resp. 1. Ejus natura gloria & Majestas in se manifestari potest, cujus gloria ac majestas in se & per exinanitionem occultari potest. Sed hoc divinae naturae non competit. Ergo. 2. Quae potestas Christo ex gratia data, donata, tradita est, illa de eo respectu divinae naturae dici non potest. Sed haec talis. Ergo.*

65. 3. *Quidam donationem in tempore factam per restitutionem exponunt ac referunt ad Deitatem non simpliciter sed & non propter antegressam exinanitionem, quam & ipsam certo modo ad Deitatem referunt. Georg. Schon. in Exeg. A. C. pag. 120. Beza par. 1. Resp. ad acta Coll. Mompeli. p. 96 97. Deitas, inquit quodammodo se exinanivit. Resp. 1. Christus secundum Deitatem proprie nihil amittere potest. Ergo nec restitui ipsi quid potest secundum eandem. 2. Christo secundum divinitatem Exinanitionis definitio quae est in forma seruli humilis subjectio ad mortem usq; crucis Philip. 2, 5, 7, 8. non competit. Ergo.*

76. 4. *Quidam exaltationem referunt ad utramq; Christi naturam, ita tamē. ut aliter eam definiant respectu divinitatis aliter respectu humanitatis sic Shon. in A. C. exeg. pag. 246. seq. p. 262. dicit Christum secundum utramq; naturam resurrexisse Anbaldini in Apol. Electoral. Theologis opposita pag. 403. in defensione argumenti 38. Resp. Hac opinio manifestē pugnat cum scriptura quae ob divinae naturae perfectionem nullā in ea admittit νέωσιν, ἀλλοίωσιν, μεταβολήν περιπαύειν.*

77. 5. *Quidam referunt hanc potestatem ad officium Christi statuens illud secundum utramq; naturam in tempore*
Chri

Christo esse commissum, ut Calvinianus ille Anonymus in An-
tithrono Dn. Schröderi p. m. p. 182. & alij. Resp. Hanc po-
testatem ad officium Christi referendam esse ipsi propugnamus,
id autem secundum utramq. naturam in tempore Christo com-
missum esse negamus. Nā quicquid filio datū est à patre, datū est
ei vel ab aeterno vel in tēpore. Quod ei datū ab aeterno, datū est
ei vel per aeternam generationem, cujusmodi sunt quae concer-
nunt naturam ejus; vel per aeternam patris adcoq. totius S. Tri-
ados ordinationem cujusmodi est officium. Hinc dicimur ab
aeterno electi Eph. 1, 4. & 11. gratia nobis data dicitur ante
tempora secularia 2. Tim. 1, 9. & ipse est sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech Ebr. 7, 17. Ps. 110, 4. confer.
1. Pet. 1, 20. puta per SS. Trinitatis decretum. Quod datum
est ei in tempore, vel est officium, quod secundum carnē ei da-
tum vel est diva p̄s seu dona ad officij executionem necessaria.

78. Sequitur. 4. Modus, quomodo sit hac divina col-
lata Majestas. Ut autem in mysterijs & rebus divinis faci-
lius dicere habemus, quare ratione facta non sint, quam quomo-
do sint facta: Ita in hac donatione nobis contingit. Modum,
n. sicut ejus fontem & causam nempe unionem humano inge-
nio imò angelico etiam captui incomprehensibilem & inexpli-
cabilem esse non obscure innuitur 1. Cor. 2, 7. 1. Tim. 3, 16. 1.
Pet. 1, 12. Hinc Justinus & Epiphanius eam vocant *μυστήριον*
ἰδιόμορον. August. singulariter mirabilem & mirabiliter
singularem.

79. Ut tamen quantum de hoc mysterio ex scriptura bal-
butire licet & cum alijs orthodoxis possumus, proponamus, in-
thesi modestiam asserendi & in antithesi prudentiam sejun-
gendi nostram confessionem ab heterodoxis adhibendam esse arbi-
tramur. Proinde dicimus hanc potestatem Christo homini da-
tam esse 1. non verbaliter, quia hujus dationis causa non in
verbis & titulis tantum sed in rei veritate existit.

80. Neg³. 2. accidentaliter: quia unio non est accidentalis. Neg³. 3. Figuratè, synechdochicè sive κατ' ἄλλο, quia naturarum κοινωνία non est talis: Et ἀλλοίωσις illa naturas, δι' ἀλλήλων disjungit. Hæc rejicientes à Nestorio, Jesuitis & Calvinianis eorumq; affectis veram ac realem Majestatis μετέδοσαν negantibus nos separamus.

81. Nec. 4. ἐσωδώς. Quod enim essentialiter est omnipotens illud fuit ab æterno, quod assumpta carni non competit ut notum ex Luc. 1, 35: Gal. 4, 4. Nec. 5. ἐκτικώς quasi hæc Majestas humanæ naturæ subjectivè habitualiter & inhabitivè inesset. Absit. Nam in se seorsim & separatim non subsistit sed in personæ λόγῳ.

82. Nec. 6. per ἐξίσωσιν, σύγχυσιν καὶ μεταβολήν. Nam divina natura est ac manet hæc Majestas ἐσωδώς: Humana ejus κοινωνία. 2. illa est αἰτίου ἐνεργητικόν: Hac σύνεργον ἐνεργούμενον. 3. illa à se ipsa est & κατ' αὐτὸ: hæc ab illa habet κατ' ἄλλο. 4. illa ab æterno: hæc in tempore accepit: 8. illa retinet & ἡμῶν operatur: hæc Majestatem plenissimè non usurpavit. Deinde λόγῳ talis conversionis est ex pers Malach. 3, 6. Jacob. 1, 17. ac proinde hæc potestas nunquam fit propria humana natura, quia ἡ ἰδιότης δὲν ἀκίνητη.

83. Sed hæc potestatis collatio facta est. 7. realiter & personaliter per & propter unionem personalem. Realiter seu verè facta est, quia scriptura ponit verba realitatem significantia, ut hoc loco δόσις seu datio. Sic alibi τὸ χα εἰζωσῶν seu donatio, ὑπερύψωσις seu superexaltatio μετέδοσις seu traditio, δόξασις seu glorificatio, ὑπακογή subjectio, πίησις factio, πλείωσις seu consummatio, κληρονομία seu hæreditatio, βελτίωσις seu Melioratio & c. in his qui deserit ἢ τὸν vel realem perfectionem seu meliorationem non agnoscit, ne ille veritatem deserit & in media luce cacutit. 2. quia realis exinanitio fuit, quæ reali donatione compensanda erat.

Per-

84. Personaliter facta est: quia ejus causa, videlicet unio est personalis. Ergo quicquid ex unione fuit (ut hac collatio & alia) & per eam efficitur in natura humana id omne dicitur de ea personaliter. Hunc modum Damascenus etiam lib. 3. de orthodoxa fide c. 17. ex antiquiorum sententia pandit sic scribens: Caro Domini divinis actionibus ditata est, propter purissimam ad verbum unionem quæ est secundum ὑπόστασιν nequaquam naturalium proprietatum excidentiam (ἐκπέσασιν) sustinens. Non enim secundum propriam actionem sed propter unitum sibi verbum divina operatur verbo per eam propriam manifestante actionem. Nam & urit ignitum ferrum non ratione naturali (Φυσικῶ λόγῳ) urendi possidens energiam, sed ex unione ignis ad ferrum illud obtinet. Complura Antiquitatis testimonia videri possunt in libello Dn. Schröderi p. m. contra Grabium & apud alios.

85. His fidei nostre simplicitatem declaramus quæ in scripturis revelata neq; verbaliter neq; figuratè sed ut tradita sunt, accipit, captivando intellectum suum in Christi obsequium, quemadmodum etiam in alijs mysterijs & fidei articulis τὸ ἰσχυρὸν retinere nec ad Ἀγνοίας quam scriptura non ostendit deflectere cuiquam Christianorum fas est.

86. Nihil obstat argumentum quod hinc inde urgent: Quicquid non est persona de illo τὸ personaliter dici non potest. At humana natura non est persona. Ergo. Resp. 1. τὸ personale & personaliter aut convenit rei νοεῖως καὶ πνεῦτως καὶ κατὰ αὐτὸ: aut δὲ πῶς, κατὰ ἄλλο, ἢ γὰρ δι' ἐνώσιν κατὰ ὑπόστασιν. De priori acceptione c. Majorem concedimus de Minori negamus.

87. 2. Ad Minorem dicimus. Humana natura etsi non est persona, tamen est, ut Damascenus loquitur, ἐν ὑπόστασι. Hinc ita argumentamur, 1. Quomodo natura humana

in persona & $\rho\sigma\upsilon$ subsistit, ita de ea predicatur personale & personaliter. Sed subsistit in ea per unionem personalem non per se. Ergo ρ personale & personaliter non per se sed per unionem personalem de ea dicitur. 2. In conjugatis primitivum & in deductum sunt unius & ejusdem naturæ, inquit Goclenius. At personatum esse predicatur de humana natura Christi. Ergo etiam ρ personale & personaliter.

88. 3. Si ρ personale & personaliter de humana natura non predicatur, sed tantum ρ naturale: sequitur 1. eam non subsistere, quia non actu naturali subsistit & proprio. 2. eam $\rho\sigma\upsilon$ unitam esse naturaliter. 3. hunc hominem non esse Redemptorem nostrum & Regem cœli & terræ, Christi sanguinem nos non emundare à peccatis, ejus carnem non esse vivificam, &c. Nam actu naturali hæc illi non competunt aliàs omnibus competere hominibus. Hæc autem $\alpha\theta\epsilon\acute{o}\lambda\omicron\gamma\omicron\gamma\epsilon$ sunt. Ergo stat conclusio nostra etiamnum fixa ac firma: Christo homini personaliter, hoc est, per & propter unionem personelem esse datam potestatem ac Majestatem.

5. Quando. 90. 5. De tempore quando Christus juxta humanitatem ad tantam dignitatem sit erectus nostrates videntur discrepare. Quidam enim in primo incarnationis momento hujus divina virtutis ac infinitæ potestatis acceptionem ponunt. Quidam post Resurrectionem ex mortuis demum & quidem in die ascensionis ad cœlum ei hanc Majestatem datam esse existimant. Hinc hunc Matthæi locum ita interpretantur. Deus pater mihi filio suo Jesu Christo à mortuis resuscitato & jam ad cœlum adscensuro ut collocer ad dextram potentia dedit plenam & liberam potestatem authoritatem, jus & facultatem imperij sui in toto orbe terrarum atq; in primis in sua Ecclesia exercendi.

90. Hæc $\alpha\theta\epsilon\acute{o}\lambda\omicron\gamma\omicron\gamma\epsilon$ ut tollatur distinguimus inter

inter hujus potestatis κτήσιν & ejusdem κτήσιν ὀλικὴν καὶ ἀΔελοπτον. De illa loquuntur priores, de hac posteriores. Sicut enim David unctus à Samuele divino mandato regnum Israëliticum verè accepit 1. Sam. 16, 13. confer c. 15, 28. verùm propter persecutionem Saulinam illud suum regnum non occupavit, donec mortuo Saule solenniter primùm à Juda tribuz. Sam. 2. v. 4. post etiam à cæteris tribubus Israëliticis in Hebron inauguraretur 2. Sam. 5, 3. Sic etiam Christus, cujus typum gessit David in plurimis, in primo Incarnationis momento Rex unctus, sed Regiam potestatem propter mortem, quam in exinanitionis statu subire debebat, non plenariè usurpavit, saltem radios quosdam in miraculis emisit, flagitantibus id Dei gloria, officij commissi ratione & hominum salute. Nazianzenus tom. 2. tract. de fide fol. 134. declarat id simili solis, cujus radij nubibus interceptiuntur, non autem tolluntur: Ita etiam hujus Majestatis radios inanitionis statu interceptos esse ait.

91. Quando igitur Christus brevi post ascensurus cælos ait hic: Data est mihi omnis potestas &c. non negat eam sibi antea datam: sed subinnuit, quod jam velit istam divinam virtutem & potestatem universaliter exerere, à cujus plenario usu antea ut homo abstinuerat. Hinc Dn. D. Hunnius super c. 2. ad Philip ait: Davi idem (nomen supra omne nomen) illi dicitur ratione actus secundi per exaltationem in dextra virtutis, quatenus quod sub servili forma latebat hætenus nunc innotescit & illustratur in gloria per plenissimam usurpationem divinæ Majestatis. Hac ille.

92. Ut autem ijs. quæ diximus eò firmiter adhareamus tria brevissimis demonstramus. 1. quod Christus hanc potestatem jam inde à primo unionis personalis momento habuerit. 2. quod
eam

eam in statu inanitionis non plenarie usurparit. 3. quod demum inanitionis statu deposito eam plenissime utatur.

93. Primum *πρωτος* huic Enthymemati includimus. Hic homo jam à primo incarnationis puncto est verè Deus Luc. 1, 43. seq. Iohan. 1, 14, 49. 2. in se omnem plenitudinem habitantem habet Col. 2, 9. 3. est Rex & Dominus de cælo 1. Cor. 15, 47. Matt. 2, 2. c. 21, 5. cui omnia data Job. 3, 35. c. 5, 27. c. 14, 3. 4. particulariter divina & increata virtutis opera ante exaltationis statum edidit, ex aqua vinum generosum faciendo Iohan. 2, 11. Lazarum ex mortuis excitando Job. 11, 4, 40. corda hominum in obsequium flectendo Matt. 21, 34. mari ventisq; potenter imperando Matt. 14, 32. morte sua nos redimendo & c. Ergo hic homo Jesus Nazareus divinam & infinitam potestatem à primo incarnationis puncto habet ac possidet.

94. Secundi firmitas ita astruitur. Christus juxta humanam naturam 1. verè inanimatus fuit Philip. 2, 7. seq. 2. pauper natus & educatus Luc. 2, 7. Matt. 8, 20. 3. Furo-ri hostium cessit Matt. 2, 13, 14, 20, 21. Iohan. 4, 1, 3. Luc. 4, 19. 4. fuit captus, ligatus, flagellatus, vulneratus, crucifixus mortuus & sepultus, ut tota Evangelistarum historia luculentissime probat. Ergo Jesus Christus juxta humanam naturam plenarie & semper suam *πρωτοβουλιαν* non exercuit.

95. Tertium ita confirmatur. Christus ut homo 1. per exaltationem est Dominus (*ὀλικῶς ἤδη ἀδελείως* domi-nans; secus & antea ut homo erat Dominus Matth. 12, 8. 1. Cor. 2, 8. Ioh. 13, 13.) factus Act. 2, 38. 2. ei omnia sunt sub pedes subiecta Ps. 8, 8. Eph. 1, 22. Ebr. 2, 8. 3. ut omnia impleveret ad-scendit Eph. 4, 10. Ergo Christus ut homo *πρωτογενεῖαν ἤδη πῶσαν ἐξουσίαν* in cælo & in terra quoad plenarium Dominandi actum exercendum non ante sed post sui exaltationem accepit.

Pars

Pars Tertia.

96. Hucusq; duas priores clypei partes persecuti sumus, restat porro ut quomodo sit recte usurpandus videamus. Nam cum omnis scriptura hominibus sit utilis ad doctrinam ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem qua est iniustitia: & eam ob causam praescripta ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus 2. Tim. 3, 16. Rom. 15, 4. nullo modo ambigendum est, & haec verba, quae numero quidem pauca sed pondere gravissima insignes has in se continere utilitates.

97. Nam 1. illa $\pi\epsilon\gamma\epsilon\ \delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda\iota\alpha\varsigma$ facere constat; siquidem docent nosse 1. nos ipsos. Si enim animae nostrae vulnera aliter curari non potuerunt, quam hoc homine Jesu infinitam potestatem per unionem personalem possidente & tamen ejus usu plenario se ad tempus abdicante, verè magna & lethalia ipsa fuisse oportet; quippe quae tanta tanti Medicicura, inanitione, sudore ac labore opus habuerant. Morbi igitur atrocitatem, iraq; divinae magnitudinem adversus peccata agnoscentes ingenue confiteamur nos ob peccata regno caelesti exclusos esse dicentes cum Acolasto Luc. 15, 21. Pater peccavimus in caelum & coram te, neq; posthac sumus digni filij tui vocari.

98. 2. Docent nos nosse Christi personam & officium, in cujus cognitione salus nostra consistit Joh. 17, 3. Multi putant homini ad Christi cognitionem salvificam sufficere, si sciat & credat eum esse Deum & hominem in persona unitate, etiam si non credat, imò totis viribus impugnet Christum quia hominem per unionem personalem & gloriosam exaltationem Majestatis infinita esse consortem factum & eam jam plenissime usurpare. Sed miserè eos falli patet hinc clarissime. Nam qui est particeps divinae naturae & $\kappa\omega\sigma\iota\sigma\tau\omega\varsigma\ \tau\epsilon\lambda\ \delta\epsilon\upsilon\varsigma$, is etiam propriorum & Majestatis ejusdem particeps sit necesse est utpotè quae necessariò coharent, imò hic sunt unum $\tau\omega\ \tau\epsilon\lambda$. Qui ergo non credunt

E

hunc

1. Usus
 $\delta\iota\delta\alpha\sigma\kappa\alpha\lambda\iota\alpha\varsigma$
nam
docet cognitionem
1. nostri.

2. Christi &
quidem
1. ejus personae.

*hunc hominem esse hypostaticè omnipotentem & Majestatis divina ac infinita participem, illi etiam nunquam credunt syn-
cè, eum esse verè Deum personaliter quas etiam verborum præ-
stigas ad fidem suam seu potius incredulitatem ornandam ex-
cogitent. Hoc namq; est unicum fundamentum quo Ephe-
sinum concilium piè rectè & solidè contra Nestorium di-
sputavit & pronuntiavit. ait Dn. D. Hasenreiff. in locis.*

2.
Officij.

99. *Deinde qui huic homini non d'ova plus concedere
recusat, quomodo ille de Mediatoris hujus officio rectè credere
ac statuere potest? Est n. officium divinum quod sine divina
virtute, infinita Majestate perfici non potest. Nam tale est cui
nulla creatura par est, cum alià incarnatione non fuisset opus.
Jam verò teste Apostolo 1. Tim. 2, 5, 6. hoc officium subit non
tantum ut Deus verum etiam ut homo. Quis ergo credentium
inficiari poterit, hunc hominem infinita Majestate ac potentia
præditum esse? Nullatenus, inquit Fulgentius lib. de Incar.
c. 4. humana natura ad auferendum peccatum mundi suffi-
ciens atq; idonea fieret, nisi unione verbi Dei. Itaq; decuit,
teste Anselmo lib. 2. Cur Deus homo c. 8, ut de ipso quod
victum erat, genere assumeret hominem, per quem generis hu-
mani vinceret inimicum.*

100. *Nam absq; infinita Majestatis communicatione an-
nos hujus Jesu sanguis emundaret à peccatis. 1. Job. 1, 7. an-
hic Jesus preces nostras audiret & sensu nostrarum infirmita-
tum afficeretur Ebr. 4, 15? numne hic in medio inimicorum nos
protegendero, illos puniendo dominaretur Ps. 110, 1? anne illi cum
Stephano Act. 7, 59. in agone tutò spiritū nostrum commendare
possemus? nunquam. Eant ergo Calviniani crepitantes se in
salutis fundamento, quod est Christus 1. Cor. 3, 11, à nobis non
dissentire. Aliud per Dei gratiam de Salvatore nostro, quò etiā
homo est ex Aphorismo nostro edocēt sumus, cui in vita ac
morte tutò inniti quimus; quippe quod superstructum est super
funda-*

fundamentum Apostolorum & Prophetarum summo angulari lapide existente ipso Jesu Christo Eph. 2, 20.

101. 2. *Quomodo πῶς ἐλέγχον Calvinianorum, Jesuitarum & aliorum errantium sit hic noster clypeus utilis ex supra dictis manifestum esse censemus. Quocirca hic duntaxat quasi indice digito notaturi sumus, quam fadissimam ἀχαρισίας maculam sibi illi inurerent & quantis periculis sese objicerent qui nescio cujus periculi formidine praecipitati huic de Majestate Christo homini data διδασκαλία ὑπερέστη ἀντιλέγοντες ὅσο τῶμας ἐλέγχον negligenter. Reges principes ac Domini seculares, non raro vehementer commoventur audientes sua dignitati aliquid detrahi. Anne Christus Iesus qui etiam quā homo, est Rex Regum & Dominus Dominantium indignaretur ijs qui hunc Majestatis titulum ipsi derogant? anne illos, qui ad ignominiam ipsi illatam vindicandam vel jure triplici sunt adstricti & tamen officij sui sunt obliti, laudaret & impune dimitteret? non ita. Ut n. sal infatuatus & vi mordicandi vacuus ad nil neq; ad sterquilinum ultra valet vide Matt. 5, 13. Luc. 14, 35. & confer Har. Chemnit. Ita illi verbi pracones, qui infatuati sunt mordacitatem redargutionum abjicientes à Deo ut extorres regno caelorum abjiciuntur.*

102. *Hec dum in usu ἐλέγχου monemus nequaquam probare volumus illorum intemperiem, qui nulla ratione habita & paulina admonitionis 2. Tim. 2, 24, 25. & distinctionis inter seducentes & seductos, sepositis ipsis rebus à suis affectibus abrepti in personas invehuntur: sed hac ad vigilantiam in nobis excitandam unice directa volumus, ut operam demus sedulo, ne veritatis hostes Dominum ac Regem nostrum optimè de nobis meritum ignominia afficere & nobis consolationis thesauros, qui ex Majestate Christo homini data in credentes redundant, suffurari patiamur.*

103. *Quinam inquis, 3. sunt isti thesauri πνευμαλῆσως πνευμαλῆσως*

E 2

qui πικῆ.

1. qui inde ad nos deferuntur? cerè egregij & aurei. Nam 1. Si ille πνεύμα sua ignita tentationum spicula in nos vibrat ad intra conscientiam ob peccati stimulos irrequietando, hunc ipsi possumus objicere clypeum. Data est huic Jesu potestas omnis in cœlo & in terra. Cur? ad dandam penitentiam & remissionem peccatorum Act. 5, 31. Nam qui crediderit in hunc & baptizatus fuerit, saluus erit Matt. 16. Quid ergò nimium ob peccata contristaremur? quid trepidaremus? Profectò si unicum adhuc superesset peccatulum pro quo hic noster sponsor Jesus non perfectissime solvisset, nunquam ex morte ereptus & ad tanta potestatis plenissimam usurpationem evectus fuisset. Ergo potius latibundi dicemus ex Esa. 61. v. 10. Omnino gaudeo in Domino Jesu meo, exultat anima mea in Deo meo, quia induit me vestibus salutis, pallio justitiæ amiccivit me.

2. 104. 2. Si ὁ πνεύμα ab extra modo persecutione & periculis te terret, modo miseras & innumeras hujus vitæ molestias exaggerando te pusillanimum reddit, noli trepidare ac animi abjicere. Ad hunc converte oculos clypeum: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Christus caro & sanguis tuus dominatur in medio inimicorum Ps. 110, 1, 2, Ergo & tuorum. Hic pretiosissimo suo λυτρωσάμενος nos non propter hanc caducam & arduam sed ob beatissimam in cœlis expectandam vitam redemit 1. Tim. 1, 15. Hic propter eandem nos vocavit, sanctificavit. Etenim si in hac vita tantum in Christum θεῶν πατρὶν credimus & speramus, miserissimi omnium sumus 1. Cor. 15, 19.

105. In primis Ministris verbi hoc solatium est apprimè notandum. Christus n. (ut particula illativa & v. 19 ostendit) discipulis animum additurus, ne ob mundi Malitiam & Tyrannorum potentiam segnes evaderent ac periculi timore officij commissi partes intermitterent hac verba: Data est mihi & c. ut solatij anchoram fortissimam ipsis substernit. Si ergo etiam

num

num ob fidele verbi divini praecentum Mundus hoc vel illud
tibi est intentaturus, hunc arripe clypeum, Quia Jesus Salva-
tor ac Dominus tuus non ablegavit te ad terras dominio suo
exemptas. Ergo potentissimè te defendere poterit. Stephanus
ob nomen Christi persecutionem patiens ad mortem usq, oculos
ad caelum convertebat & Jesum à dextris virtutis stantem vi-
debat Act. 7. 56. Quid tu stas cogitabundus & trepidabundus?
Stephani vestigia lege & oculos mentis ad caelos reflecte, tum
& tu conspicias Jesum fratrem tuum stantem à dextris virtu-
tis Dei, stantem videbis quia paratum ad juvandum habebis.
Huc Ecclesia inde ab initio respexit usq, in hunc diem; in hoc
omne consolationis & insultationis sua fundamentum posuit &
servata huc usq, fuit inquit Lutherus tom. 7. super Ps. 110. 3:

106. Si tentaris ab Infra Diaboli astutia, mortis trucu-
lencia, judicij ac inferni sevitia, noli dissidere moribunde, huc
cor tuum converte: Data est mihi omnis potestas, &c. Hic
per mortem suam destruxit eum qui habebat mortis imperium
hoc est Diabolum & liberavit nos, qui timore mortis per totam
vitam obnoxij eramus servituti Ebr. 2, 14. & 15. quid ergo
moriture timebis? an judicium? hic Jesus à mortuis excitatus
nos δωδὸν τῆς ὀργῆς τῆς ἐξουσίας liberat 1. Thess. 1, 10. An infer-
num? hic infernalem cohortem devicit Ose. 13, 14. An infir-
mitas tua te dejiciet? Data est mihi inquit omnis potestas.
Cur non Deus illam in nostra deposuit manu? ut hoc modo
inquit Dn. Chemnit. Har. c. 30. p. m. 183. quasi depositum
nobis conservetur in illam diem 2. Tim. 4, 8. Humana enim
natura cum esset integra, bona illa quæ in manu sua habe-
bat non potuit conservare: quomodo igitur nunc posset?
pater itaq; depositum salutis nostræ certiori & tutiori cu-
stodiæ commendavit, deponens illud in manum filij mo-
dò fidem servemus sicut Paulus inquit: 2. Tim. 4, 7. Hac il-
le. Hinc Paulus ἐμψαυκῶς ait Rom. 8. In his omnibus ὑπερ-
νικῶμεθα

scipdo, (an per nos? non sed) per eum qui dilexit nos. Ergo
latantes dicere possumus ex 1. Cor. 15, 57. Deo gratia, qui de-
dit nobis victoriam per Christum Dominum nostrum.

107. Sed dicat quis, solatium inde resultans fateor esse
egregium & prestantissimum; verum existimo, me non minus
firmiter erigi posse si ea mihi à Christo quàm Deus est promit-
tam ac poscam etiam si non credam illi quàm homo est, divinam
& infinitam competere Majestatem! Miserrime deciperis, si
hoc tibi persuaderi passus fueris. Deus enim ignis consumens
est (videlicet non placatus) Ebr. 12, 28, quomodo autem placat-
tur? quomodo ille ignis exstinguitur? sanguine hujus Jesu fide
infuso exstinguitur Rom. 3, 25. Hinc Mediatorem Deum &
hominem esse necesse erat, qui officium istud per operationes di-
vinas obire & peragere posset. Qui itaq; Christo homini divi-
nam Majestatem communicatam esse negat, idem eum secun-
dum humanam naturam Mediatorom nostrum esse negare ne-
cesse habet nisi creata potestate illud officium confici ab eo quàm
homo est potuisse dixerit.

108. Nam Deus omnia quæcunq; ad vitam æternam
nobis sunt necessaria non dat nisi per manum filij sui in-
carnati inquit Dn. Chemnit. c. 30. Har. p. 182. quia nos
non sumus digni qui illa accipiamus, filius Dei incarna-
tus constitutus est Mediator, is meruit & dignus est &
nos propter filium diligit & in manum ejus omnia illa dat,
ita ut de ejus plenitudine nos accipiamus Johan. 1. Hac
ille. Sicut igitur ὁ λόγος in, cum & per carnem assumptam
opus Redemptionis est executus vitam acquirendo, ita etiam
vult in, cum & per eam nobis vitam applicare, Ecclesiam
defendere & ejus hostes singulos demum in extremo die fundi-
tus perdere 2. Thess. 1, 5. seq. Hac doctrina de Christo tam-
clare, tam perspicue nobis est in verbo Dei revelata ut in medio
meridie cacutiat, qui hac videre & agnoscere nolit. Qui er-
go in hac doctrina de Christo non manet, Deum non habet
2. Jo.

2. Johan. v. 9. quicquid etiam sibi imaginetur. Sed satis de usu
περακλητικῶ.

109. 5. Utilis est αὐτοῖς ἐπινοήσασιν pravorum motuum & 5
vita flagitiosa. Quia enim illi data omnis potestas in caelo ἐπινοήσασιν
& in terra non inultum auferet, qui impiè vivendo hunc fra- 5
trem contumelia affecerit & sic inimicis eum contemptim irri-
randi occasionem dederit. Hic Dominus veniet aliquando cum
sanctis millibus suis ut ferat iudicium adversus omnes & redar-
guat, quicunq; ex ipsis sunt impij, de factis omnibus quae impiè
patrarint deq; omnibus duris quae loquuti fuerint adversus
ipsum peccatores impij & c. Epistola Juda v. 14, 15. seq.

110. 6. αὐτοῖς πειδείας inserviat nobis quae est in justitia. 6.
Justum est ut huic Domino caeli & terra serviamus in justitia, 6
& sanctitate Luc. 1, 75. Lavit enim nos à peccatis nostris per
sanguinem suum & fecit nos reges & sacerdotes Deo & patri
suo. Si ergo sumus sacerdotes sistamus corpora nostra hostiam
viam sanctam placentem Deo Rom. 12, 1. assidue per ipsum
offeramus Deo sacrificium laudis, id est, fructum labiorum ce-
lebrantium nomen ejus Ebr. 13, 15. Si Reges, succenseamus no-
bis ob peccata ac sumpta universa armatura Dei Eph. 6, 13.
dominemur Diabolo, mundo, carni & cupiditatibus pravis in-
de ortis.

111. Et ad hoc servitium huic caeli & terra Domino pra-
standum non tantum nos excitet beneficij ab eo accepti me-
moriam, nec tantum futura ipsum amantibus danda gloria
1. Cor. 2. sed etiam inprimis inenarrabilis, ad quam nostra
in Christo natura evecta est, excellentia. Nam nunc supra
omnes angelos honorati sumus ut in rei veritate gloriari possi-
mus: Caro mea est Dominus caeli & terra & sanguis meus re-
gnat in caelo & in terra. Hunc honorem nulla creatura, nul-
lus Angelus habet, inquit Dñ. Lutherus.

112. Et si Angeli & Archangeli, quorum tamen na-
turato

turam filius Dei non assumpsit nec in Majestatis thronum eve-
xit ipsum sedentem in throno adorant & glorificant, quanto
magis nos, quorum semen assumpsit Ebr. 2, 16. & ore ac opere
glorificabimus? Venite ergo pia horum mediatione excitati,
adoremus & procidamus coram Christo Rege ac Domino no-
stro: Magnificate Dominum mecum & exultemus nomen
ejus in secula Psal. 34, 3. Acclamate mecum, sedenti in
throno & agno occiso: Benedicto & honor & gloria & robur in
secula seculorum Apoc. 5, 13.

Ad Praestantiss: Dn. RESPONDEN,

Inviatum fuit, est, erit inviolabile *Scutum*
Quo turba Christo dedita
Sinceri verbi cultrix animosa Dolones
Contra stetit sectarios,
Christo homini diu absq; modo decus ac Virtutem
Datam reapse qui negant;
Quos quoniam valide Domini Vox sancta rerundit;
Clypei instar hæc obtenditur.
Hunc equidem clypeum terebrare adversa fatigit
Pugnans cohors argutiss:
At frustra. Perstat nulli superabilis umbo,
Molestima distans spicula.
Quem factum tectum dum tu, doctissime *Isaac*
Studes tueri masculè.
Næ facis officium, Christo applausore, favente
Aulis tuis cætu pio.
Maacte age: sic Christi defensa assertor honorem
Scutoq; Verbi dimica
Ipse sua tutum te proteget ægide Ductor,
Cui militas bellum sacrum.

M. CHRISTIANUS MICHAEL
Ecclesiastes Rostochiensis.

✿: (9): ✿


2. Johan. v. 9. quicquid etiam sibi imaginetur.
παρὰ ληπνῶ.

109. 5. Utilis est *ὡς ἐπαιός* *Ἰωανν* pravorum
vita flagitiosa. Quia enim illi data omnis potestas
& in terra non inultum auferet, qui impie vitam
trem contumelia affecerit & sic inimicis eum con-
tendi occasionem dederit. Hic Dominus veniet
sanctis millibus suis ut ferat iudicium adversus
guat, quicumque ex ipsis sunt impij, de factis omni-
patrarint de quibus duris quae loquuti fu-
ipsum peccatores impij &c. Epistola Juda v. 14.

110. 6. *ὡς παιδεία* inserviat nobis quae
Iustum est ut huic Domino caeli & terra serviamus
& sanctitate Luc. 1, 75. Lavit enim nos à pec-
sanguinem suum & fecit nos reges & sacerdot
suo. Si ergo sumus sacerdotes sistamus corpora
viam sanctam placentem Deo Rom. 12, 1. affe-
offeramus Deo sacrificium laudis, id est, fructum
lebrantium nomen eius Ebr. 13, 15. Si Reges, sa-
bis ob peccata ac sumpta universa armatura
dominemur Diabolo, mundo, carni & cupiditat
de ortis.

111. Et ad hoc servitium huic caeli & terrae
standum non tantum nos excitet beneficij ab-
memoria, nec tantum futura ipsum amantibus
1. Cor. 2, sed etiam imprimis inenarrabilis, ad
in Christo natura evecta est excellentia. Na-
omnes angelos honorati sumus ut in rei veritate
mus: Caro mea est Dominus caeli & terra & ser-
gnat in caelo & in terra. Hunc honorem nullus
lus Angelus habet, inquit Dn. Lutherus.

112. Et si Angeli & Archangeli, quorum



the scale towards document

Handwritten notes in a cursive script, likely a later addition or commentary, written in the right margin of the page.